

DE CONSOLATIONE IN ADVERSIS — LATIN TEXT

1. Quemadmodum navis cum undarum tempestate quassatur nisi gubernatorem peritissimum habeat, a fluctibus maris cito conteritur, ita et homo cum in aliquibus adversis fuerit constitutus nisi habuerit mentem divinis eloquiis eruditam, cito animus eius frangitur, et salutis suae sustinet damnum. Quisquis ergo ille es positus in adversis, paulisper, peto, verbis meis
5 aurem diligenter accomoda ut tibi, in quantum possum, consolationem ex scripturarum fontibus proferam. Igitur si aegestate constrictus, paenuriae pondus¹ opprimeris; si amissa saeculi dignitate, ignobilitatis te vita contristat; si membrorum fortitudinem subsequens languor debilitat; si extinctis
10 caris et liberis, tristitia saeculi animum tuum mentemque conturbaverit; vel si leprae macula corpus ac membra repletus, populi multitudinem, turbas carueris—noli te in his adversis positum frangi vel mente concidere, sed ut ad dei potius praecepta confugas, et inde consolationem calamitatis tuae assumas; ut ex verbis dominicis instructus velut optimus gubernator navigium
15 tuum, hoc est conversationem vitae tuae, in portum tranquillitatis inducas. Ne ergo vellis, frater dilectissime, odii causa aestimare dominum super nos castigationem inducere; immo erga nos maxime vera eius caritas approbatur; ita enim te per Salomonem ipse dominus in proverbiiis monet: *Fili, noli deficere a disciplina domini, ne fatigeris corpore quem enim diligit dominus, corripiit.*² Nam et pater, quamvis carissimum filium, in errore invento
20 castigat; et magister saepe discipulum, ut in melius proficiat, verberat.

2. Duplex autem causa est ob quam castigatio divinitus in hominibus inrogatur. Flagellat interea iustum, ut probatior fiat et clarior cunctis appareat. Flagellatur etiam peccator ut emendetur in melius, et pristinae conversa-

¹ For the use of the acc. in lieu of the instr. abl., cf. Bonnet, *Le latin de Grégoire de Tours*, 526; for the accusative trespassing on this and on other domains of the ablative, cf. *Cons.* 2.27, 32–33; 3.58, 74, 119; 6.290; 8.357; 9.388; 10.407–8; 11.441; and see Bonnet, *Le latin de Grégoire de Tours*, 525–29.

² *De prov.* 3.11–12. A Tironian Note in the folio's margin in Tours, Bibliothèque municipale, MS 281 (hereafter Tours, BM, MS 281) corresponds to this quotation. For this Tironian Note and two additional ones, in *Cons.* 2.3 and *Cons.* 7.21 respectively, see *Epistula consolatoria*, 4, 19.

tionis corrigit vias. Et hoc esse ita, divinis eloquiis adprobabo. Sed primum
 25 convenit explicare quod iustus propterea affligitur, ut per temptationes
 plurima probetur.³ *Omni gaudio exaestimate, fratres mei, cum in tempta-*
tionibus variis incideritis, scientes quod probatio fidei vestrae patientiam
*operatur,*⁴ inquit Iacobus in canonica.⁵ Item in sequentibus ponit et dicit:
 30 *Beatus vir qui suffert temptationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet*
*coronam vitae, quam repromisit deus his qui diligunt eum.*⁶ Unde ergo gaud-
 endum est, cum⁷ carissimum corpus hoc nostrum affligitur, vel cum dei iudi-
 cium duris examinatur laboribus. Nec enim tantum in prosperis rebus quan-
 tum in adversis convenit gloriari christiano. Audi denique in quibus Paulus
 35 gloriatur: *Gloriamur, ait, in spe claritatis dei; non solum, autem, sed et gloria-*
mur in tribulationibus, quia tribulatio patientiam operatur; patientia autem
probationem, probatio vero spem. Spes autem non confundit, quia caritas dei
*diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.*⁸ Vide
 quantae virtutes iustis viris ex tribulationibus oriuntur. Et quemadmodum
 40 terra cum fuerit pinguis ac fertilis, nisi per industriam agricolae crebro ac
 iugiter fuerit culta, non solum fructus hominibus denegat, verum etiam e
 contrario generat spinas, ita iustus, nisi variis temptationibus fuerit confec-
 tus assidue, non solum ipse non proficit, sed aliquoties in lapsum incurrit. Et
 hoc ita esse, supradicti magistri docemur exemplo. Qui⁹ cum multis virtuti-
 45 bus sibi conscius esset, qui in tantis meritis coram deo processerat, ut usque
 ad caelum tertium raperetur, et in paradyso ductus, ineffabilia verba audis-
 set; ne igitur eum pro his virtutibus superbiae tumor invaderet, et gratiam
 meritorum amitteret, ad colafizandum eum divina providentia tradidit. In
 quo ille exsultans, ita ad Corinthios scripsit: *Ex sublimitate, inquit, revelatio-*
 50 *num ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, qui me*
colafizet, ut non extollar. Propter quod ter dominum rogavi ut discederet a me,

3 *probetur*, added in Caen, Bibliothèque municipale, MS 34 (373) (hereafter Caen, BM, MS 34 (373)).

4 James 1:2–3.

5 *inquit Iacobus in canonica*, added in Caen, BM, MS 34 (373).

6 James 1:12.

7 Inserted superscript in Tours, BM, MS 281. I have retained Tours, BM, MS 281's reading *carissimum corpus* on account of the Stoic character of the piece; cf. Seneca's *corpus nimis carum* in Sen. *epistulae morales* 14.1.

8 Rom. 5:2–5.

9 “Dangling nom.”

et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur,¹⁰ et iterum: Placet mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo; cum enim infirmor, tunc potens sum.¹¹

- 55 3. Gratulanter igitur ac patienter omnia adversa mundi quae nobis inferentur,¹² debemus excipere; scientes nos certissime tunc in dei esse memoria. Valde enim delicatus est qui et in hac vita constitutus, abundanter vult omnem laetitia perfrui, et in futuro saeculo donis caelestibus adipisci. Quis enim aliquando sanctorum a periculis saeculi potuit esse immunis ac liber? Quod
60 si diligenter eorum scrutaveris vitam, nullum absque temptationibus de hoc mundo migrasse repperies; sed omnes diversas tribulationes quas habet mundus, patientissime tolerantes, ad veram et incorruptam gloriam pervenerunt. Denique Abraham patriarcha tanta gratia fidei erat repletus, et in tantum dilexerat dominum, ut carissimum pro eo filium poene gladio interimeret. Magis enim voluit paricida audiri, quam dei imperium praeterire; praescius enim erat vocem salvatoris dicentis: *Si quis dilexerit filium aut filiam super me, non est me dignus*.¹³ Ut deo igitur dignus haberetur, secundum eius praeceptum, filium unicum hostiam offerebat; et quem heredem putabat, interfecturum¹⁴ propriis manibus non dolebat. Cur igitur non dolebat?
70 Quia cor eius amor divinus accenderat, et calor fidei eius omnem dolorem extinxerat. Talis igitur ac tantus patriarcha Abraham, sic amabilis deo et carus, cui etiam ipse dominus testimonium perhibuit dicens: *Nunc cognovi quoniam tu times deum tuum, et non perpecesti filio tuo dilectissimo propter me*,¹⁵ non potuit esse immunis ut absque tribulatione ac temptamenta
75 securam degeret vitam; sed omnia perpessus adversa, meruit omnium sanctorum pater audiri. Denique cum quodam tempore pestilentiam famis versare in terra sentiret, et cum Sarra coniuge sua in Aegypto descendisset, et timens quoque ne ab Aegyptiis propter pulchritudinem interficeretur uxoris, ait ad eam: *Ne me dixeris virum tuum esse, sed fratrem me potius*

10 2 Cor. 12:7–9.

11 2 Cor. 12:10.

12 *inferentur* = *inferuntur*.

13 Matt. 10:37.

14 *interfecturum* = *interficiendum*; see *Passiones vitaeque sanctorum aevi merovingici*, 807: “activum significatione passiva aut reflexive...participium futuri [active verbs with a passive or reflexive meaning...future participle]: *interfecturum*; *oblaturum*; *occisurum*; *perempturum*.” See also Bonnet, *Le latin de Grégoire de Tours*, 632; Norberg, *Syntaktische Forschungen*, 267, “Participia Futuri in passivischer Bedeutung.”

15 Gen. 22:12.

80 *confitere, nequando me interfecto te possedeant.*¹⁶ Nulli esse dubium puto, qualem quis possedeat mentem, quando quis interfectionem sibi inminere suspicatur, quando vicinam mortem ab aliquo sibi opinatur inferri. Non cibus vel potus ei dulcis est, sed amarus; sed et cum somnus oppraesserit, etiam tunc iugulari se a carnifice perspicit in soporem. Quamvis ille aux-
 85 ilio dei protectus, ab omnibus perseverabat inlesus, verumtamen suspitione contritus, magna eum formido invaserat. Aliam quoque parem retributionem in terra Geraram sub Abimelech rege perpessus est: et eos quos adversarius metuebat, et a quibus sibi inminere mortem putabat, ab his maximis honoribus dei nutu venerabatur. Isaac quoque filius eius similem tribula-
 90 tionem in terra Geraram ipse sustinuit. Nam et ipse timens ne interficeretur, Rebeccam uxorem, sororem esse confessus est; sed etiam nihilominus maximas tribulationes perpessus est. Denique cum Iacob ab Esau fratri suo benedictionis causa persequeretur, in terram Mesopotamiam Iacob mortis formidine effugatus est. Nam et quando filium eius Ioseph fratres in Aegypto
 95 vendiderunt, et patri nuntium detulerunt, dicentes eum a bestia devoratum, tantum ei dolorem animae incusserunt, ut vestimenta propria scindens, et squalorem se sacci operiens, filium amantissimum lugeret amissum. Ipse quoque Ioseph multa temptamenta perpessus probabilis factus est. Denique aemulationis causa in Aegypto a fratribus in servitutem¹⁷ redactus
 100 est. Itaque dominus suus bonam eius conversationem aspiciens, *principem eum domus suae constituit.*¹⁸ Domina vero propter speciem decoris in amore adoliscantis turpiter conligata est, et capta a foeditate libidinis, famulum Christi conabatur invadere. Cumque talibus accensa ardoribus saepius eum ad¹⁹ opus sceleratissimum invitaret, et ille tam durissimum facinus perpetrare abnueret, una e diebus solum eum operantem reperiens accessit, et per vestimentum eum tenuit inpudenter, et veneno mortifero ore repleto ait ad eum: *Concumbe mecum.*²⁰ O perniciosa cohortatio! Inpudentissima mulier, hanc mihi obligationem profers temporalem, ut laetitia me sempiterna defraudes! Quid mihi viperio ore morbum pestiferum et insanabilem
 105 conaris infundere? Quid ad deceptionem meam profers verborum blandi-

16 Gen. 12:13.

17 Corrected in Caen, BM, MS 34 (373) from Tours, BM, MS 281's misspelling *servitem*. Caen, BM, MS 34 (373) is an apograph of Tours, BM, MS 281. For the relation between the two witnesses, see "Manuscripts and Editions" in Synodinos, "A Critical Edition of Ps.-Basil."

18 I italicize in accordance with *Epistula consolatoria*, 8.

19 *eum ad*, inverted word order from Tours, BM, MS 281's reading *ad eum*.

20 Gen. 39:7, 12.

menta, quae dolo et amaritudine plena sunt? Mel quidem labia tua stillare videntur, sed vitanda est talis dulcedo qui postremo fel efficitur. Per te enim a principio diabolus de paradyso Adam protoplaustum²¹ expulit; sed illius expulsio ad meam cautelam proficiet. Venundatus sum, ut tibi servitutum
 115 exhiberem, non ut tuum adulterium foedissimum consentirem; venundatus sum, ut tibi obsequium praeberem, non ut castitatem meam perderem. Licet ob fratrum meorum invidiam servus hominum factus sum, peccati non efficiar servus. Patrum meorum sequor vestigia, criminis tui particeps esse non patior. Tunc Ioseph reliquens vestimenta in manus eius, nudus exiit foras;
 120 licet indumento corporis nudus, castitatis gloria coopertus. Vestimentum quidem quod veteriscit, et a tineis devorabitur, reliquit; sed pudicitia, quae semper floret, indutus abscessit, et oblectationem spurcissimam irritare non passus est. Sed illa inpudens cum se confusam intueretur, et a viro castissimo triumphata, omnem amorem libidinis deflectit in furiam, et veniente
 125 marito, verbis accusat innoxium. *Induxisti*, inquit, *ad nos puerum hebraeum, qui nos deludat*;²² at ille verbis fallacibus persuasus, statim eum detrussit in carcerem. Sed deus erat cum eo; et licet retrusus humiliaretur in vinculis, liberabat puritas mentis; et si squalore ergastuli membra horrebant, pudicitia animae refulgebat. Sed dominus, semper qui innocentibus praesto est,
 130 et qui exaltare humiles consuevit, ab omnibus tribulationibus eum eripuit, et totius terrae Aegypti dominatorem constituit. Et iste quem in servitutum venundaverunt fratres, paulo post malorum omnium inmemor, fratribus alimenta praebebat; et quia domini nostri salvatoris typum gerebat, pro mala bona retribuebat.

135 4. Idcirco autem Iob²³ exemplum nobis producat in medio, quae velut generalis medella infirmas et invalidas mentes satis superque roborare sufficiat. Si quis enim quislibet oppraessus miseriis, si quis innumeris calamitatibus occupatus, hunc virum si diligenter mentis obtutu obtexerit, maximam ex eo consolationem sui doloris inveniat. Iste enim in tantum divino famulatu
 140 mlatui mancipaverat, et ita dominum inculpate colebat, ut ita laudari eius praeconio mereretur; sic enim Scriptura divina testatur: *Ait*, inquit, *dominus diabolo: Considerasti sensu tuo puerum meum Iob, quia non est ei similis quis-*

²¹ My emendation; Tours, BM, MS 281 reads *ploto plaustum*.

²² Gen. 39:17.

²³ Inserted in the margin of Tours, BM, MS 281 in a different hand. Tours, BM, MS 281 reads *Ioseph*.

quam in terris, homo sine crimine, verax dei cultor?²⁴ Sed et pro filiis suis in tantum erat sollicitus, ut pro eis sacrificia cotidiana offerret. Et quidem cum

145 Scriptura nulla filiorum delicta commemoret, ille tamen qui vere ac religiose filios diligebat, timebat ne forte in corde suo, ut homines, aliquid cogitarent adversum deum malitiae; sola opinione conterritus, per divinas hostias filiorum corda mundabat. Quanti hodie patres filios aperte neclegere in multis ac peccare conspiciunt! Non solum sacrificia pro eis non offerunt, sed nec

150 sermonem ad arguendum eos non proferunt, ut pravas derelinquant vias! Et dum eos contristare nolunt ad modicum, aeternam eis tristitiam generant! Sed huiusmodi patres ostendunt se non veram caritatem habere, sed falsam; si autem eos dilegerent, utique secundum Scripturam diligenter corripere. Sed propterea fortasse peccantes filios neclegunt, quia nec suae salutis

155 aliquando habuerunt curam. Beatus autem Iob, quemadmodum ipse sine quaerilla domino serviebat, ita filiorum corda donis ac muneribus procurabat. In viduis autem atque in fidelibus quam misericors fuerit, ipsum ausculta dicentem: *Os, inquit, viduae benedixit me; iustitia autem indutus eram. Vestitus eram iudicio sicut clamide. Oculus eram caecorum, pes autem claudorum.*

160 *Ego autem eram pater inpotentium.*²⁵ Sed quod infinitas possiderit divitias Scriptura testatur. *Fuerunt, inquit, Iob filii septem et filiae tres; et erant pecora eius oves numero septem milia;²⁶ cameli tria milia,²⁷ iuga boum quingenta, asini feminae gregalis quingenti, et ministerium multum nimis habuit.*²⁸ Audiens itaque eum ille bonorum aemulus divina voce laudari, in invidiae

165 livore exarsit, et postulavit a domino ut suae ditioni eius traderet facultates. Et ecce subito diversis modis omnem eius substantiam vastare adgreditur, et nunc de praeda iumentorum, modo de combustionem ovium, post haec de interfectione nuntiat famulorum. Ipse enim diabolus qui haec cuncta agebat, ipse quoque nuntium deferebat. Nec tamen ex improvisu tantam perniciem

170 inferens, virtutem fidei eius non potuit frangere, vel animum illius in verba blasphemiae declinare. Noverat enim Iob *nihil se intulisse in hunc mundum, verum nec auferre quid* posse.²⁹ Ad ultimum autem, cum ei de filiorum ac filiarum nuntiatum est nece, commota sunt viscera eius, et ita vestimentum proprium scidit, *ac sui capitis comam tutundit, et in eum terrae pulverem*

24 Job 1:8.

25 Job 29:13–16.

26 Tours, BM, MS 281: *VII*; Caen, BM, MS 34 (373): *septem milia*.

27 Tours, BM, MS 281: *III*; Caen, BM, MS 34 (373): *tria milia*.

28 Job 1:2–3.

29 1 Tim. 6:7.

175 *sparsit*.³⁰ Nec tamen, haec faciens, in verba blasphemiae mens eius inflexa est; sed confestim ad dei laudes conversus, *procidens in terram adoravit et dixit: Nudus exivi de matris utero, nudus etiam vado sub terram. Dominus dedit, dominus abstulit; sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum*.³¹ Magnum nobis Iob sanctissimum documentum ostendit, ut
 180 contra omnes fluctus saeculi turbulentos mens nostra inconcussa permaneat, ne fatigati adversis in verba blasphemiae erumpamus; sed ut isdem verbis utamur, quibus et ipse usus est dicens: *Sit nomen domini benedictum in saecula*.³² Sed insatiabilis adversarius cum tot damnis eum adficiens nihil eum agere potuisset, et cum rursum eum a divina potentia laudari audisset,
 185 ait ad dominum: *Pellem pro pelle et omnia quaecumque habuerit homo, pro anima sua dabit; sed mitte manum tuam et tange ossa eius et carnes, et vide an in faciem tibi benedicat*.³³ Tunc dominus, praescius omnium futurorum, tradidit ei corpus tantummodo, animam autem custodire praecepit. Tradidit eum dominus, non ut voluntate diaboli pareat sed ut famulum suum
 190 probabiliorem efficiat, et eius tollerantia in universo mundo clarescat. Tunc *percussit Iob vulnere pessimo a pede usque ad caput; et tulit testam ut saniem vulnere raderet et sedebat in stercore extra civitatem*,³⁴ qui paulo ante in regali sedebat solio; et dispiciebant³⁵ eum universi, quem primum subditi metuebant. Iste igitur talis ac tantus, qui in tanta excelentia imminebat, nunc
 195 uxor eius de mercede operis sui exhibet alimentum; qui etiam sempiternum supplicium ei inferre conata est dicens: *Dic unum verbum in domino et morire*.³⁶ At ille vir philosophicus, at ille totius patientiae magisterio reple-

30 Job 1:20. The clause “et in eum terrae pulverem sparsit” does not occur in the Vulgate, but there is some reference to it in Greek in Sabatier’s edition of his *Vetus Latina* versions. Among the different variants cited under “Notae ad Versionem Antiquam” for Job 1:20, Sabatier cites κεφαλῆς αὐτοῦ, just that, adding that this is the reading of the Alexandrinus, occurring in the edition of Aldus and the Complutensis; see Sabatier, ed., *Bibliorum Sacrorum latinae versiones*, vol. 1, pp. 834–35 (Job 1.20). In fact, this reading, shared by *Cons.* as well, is cited in Rahlfs’s apparatus as a variant of the Alexandrinus; for which, see Rahlfs, *Ἡ Παλαιὰ Διαθήκη κατὰ τοὺς οἰ*, 274: “[οὐτως ἀναστὰς Ἰὼβ διέρρηξεν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ καὶ ἐκείρατο τὴν κόμην] + καὶ κατεπάσατο γῆν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ A^(h).”

31 Job 1:20–21.

32 Job 1:21.

33 Job 2:4–5.

34 Job 2:7–8.

35 My reading. Caen, BM, MS 34 (373) gives *despiciebant* for Tours, BM, MS 281’s misspelling *dispiebant*.

36 Job 2:9.

tus spreuit ac reppulit tale consilium dicens: *Tamquam una ex insipientibus mulieribus locuta es; si bona excepiamus de manu domini, mala non toleramus?*³⁷

- 200 Vide temptationum pondus, ut patientiae magnitudinem possis agnoscere. Sublimis erat in potentia sua, abundans in divitiis, copiosus in filiis; et ab universis his privatus, repente nudus apparuit. Mos enim est athletarum ut ad certamen nudi procedant. Merito ergo et hic beatus contra diabolum congressurus, cunctis facultatibus³⁸ velut quodam vestimento exutus est;
- 205 sed in tali certamine constituto, haec verba eum contra diabolum arbitror protulisse: O, inquit, diabole, idcirco in me tam crudeliter desaevisisti, ut per me tua potentia arguatur. Quid tamquam vorago cunctos quaeris absorbere? Quid, qui te nihil laeserunt, devorare quaeris ut leo? Quid innocentes nocere festinas? Non erubescis, cum totiens sis a famulis dei prostratus ac victus?
- 210 Non tibi sufficiebat, cum de tanta sublimitate ad haec me aegestate perduceres? Non tibi sufficiebat, cum filios meos ac filias meas sub uno momento necares? Insuper saevissimis doloribus meum corpusculum afflixisti, ut ex putredine carnum vermium globi ebulliant. Tu quidem contra membra fragilia adgressus es bellum inferre, sed stabilitatem animae commovere non
- 215 poteris. Inproba venena confidens, fidem meam quassare conatus es; sed ego confidens in deo meo, effrenatas tuas conteram vias. Et cum sis subdolos, in tuis me laqueis inretre temptasti, sed me ab his retibus eripuit dominus. Tu licet temporales mihi inferas cruciatus, ipse in sempiternis es torquendus suppliciis; et quidem si mortales vermes de meo procedant corpusculo, tu ab immortalibus vermibus devorandus es in gehenna. Tu licet multiplicata inferas temptamenta, non mutabo meam innocentiam; et licet proiectus extra urbem, benedicere deum meum non desinam.
- 220

5. Sed et iusti illius Tobiae exemplum si diligenter consideres, maximam ex eo consolationem invenies. Iste denique in miserationibus pauperum admodum opinatissimus fuit; et si qui ex genere eius defuncti fuissent, secundum religionis nostrae ritum ut convenit sepeliebat—siquidem, ut fertur, consuetudo talis Assyrii est, ut mortuis terrae denegarent sepulturam; sed eorum cadavera pellibus involuta, super faciem terrae exponunt, scilicet ut a bestiis vel ab avibus devoretur.³⁹ Hic ergo cum captivus cum plurima

37 Job 2:10.

38 Corrected in Caen, BM, MS 34 (373) from Tours, BM, MS 281's reading *contra difacultatibus*.

39 See Bonnet, *Le latin de Grégoire de Tours*, 499–500: "L'infraction la plus fréquente à la règle d'accord consiste dans l'emploi du prédicat au singulier avec un sujet neutre pluriel."

230 multitudine Iudaeorum apud Assyrios degeret, et ad sepeliendum defunctorum corpora, ut dixi, studium daret, ab hoc opere tam religioso, tam pio, prohibitus aliquando a rege Assyrio; nihilominus tamen etiam occulte opus usitatum, prout poterat, conabatur explorare. Quodam denique tempore cum in Pentecosten die festissimo aepulae sibi, utpote pro sollemnitate, solito
 235 gratiores praeparatae fuissent, non est passus cibos suos solus sumere. *Ait ergo ad filium: Vade, inquit, fili, et voca, si quem inveneris pauperem ex fratribus nostris, eum tamen qui timet dominum, ut manducet nobiscum et ecce sustineo te, fili, donec venias.*⁴⁰ At ille, dum iret, repperit quendam Hebraeum necatum laqueo, atque proiectum in publico. Qui continuo regressus, quod
 240 viderat, indicavit patri. Ille cum haec audisset, non eum paratae aepulae, non eum diei festivitas, non saltem minae tyranni a bono opere extorserunt; sed surgens ilico pergit ad publicum, atque cadaver humo, ut solebat, operiens, reversus cum luctu prandium quod reliquerat sumit. Hic ergo tam pius, tam operibus bonis ornatus, ad ultimum aspectu caruit oculorum. Et qui prius
 245 miseris conferebat solatium, aliorum postmodum indigebat auxilium. Sed dominus ad fidei eius patientiam conprobandam temptari eum taliter voluit. Et ille sciens magis sibi adversa prodesse quam prospera, aequanimiter usque in finem patientiam tenuit. Idcirco eum Rafahel angelus conlaudat, et dicit: *Opera dei revelare et confidere, honorificum est. Nam quando orabas*
 250 *tu et Sarra nurus tua, ego optuli memoriam orationis vestrae in conspectu claritatis dei. Et cum sepelires tu mortuos simpliciter, et quia non cunctatus es exsurgere et derelinquere prandium tuum et abisti, missus sum temptare te. Et iterum misit me dominus*⁴¹ *curare te et Sarram nurum tuam.*⁴² Et quidem nos haec breviter, ut potuimus, explicavimus. Si quis autem diligentissime sanctorum omnium vitam attendat, non aliter eos nisi in laboribus et adversis claruisse perspiciat.

6. Haec iam,⁴³ quia verbera prosunt, ut superius praemisimus, conprobandum est, et quod tunc erga nos divinus amor agnoscat, cum diversis cruciatibus ac temptamentis conficimur. Sic enim nos Salomon in Proverbiis
 260 instruit: *Qui parcat, inquit, baculo, odit filium suum; si autem diligit, diligenter corripit.*⁴⁴ Ergo cum nutu dei corripimur in adversis, non odium tunc in nos

⁴⁰ Tob. 2:2.

⁴¹ Added in Caen, BM, MS 34 (373).

⁴² Tob. 12:11–14.

⁴³ For *haec* = *hoc*, see Bonnet, *Le latin de Grégoire de Tours*, 387, 500–501.

⁴⁴ Prov. 13:24.

domini, sed caritas conprobatur. Ideo autem castigat, quia *non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat*.⁴⁵ Non nos affliget ac verberat, ut nos in interitum mittat, sed ut convertamur ad eum, et misericordiam illius adipisci possimus. Ipsum denique dominum per Prophetam audi loquentem
 265 qui⁴⁶ ait: *Si dereliquerint legem meam, et mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum et in verberibus peccata eorum; misericordiam autem meam non dispergam ab eis, neque decipiam eos in veritate mea*.⁴⁷ Frequenter enim rerum prosperitas arrogantiam generat, et per longanimitatem in superbia mens inflatur humana. Propterea verus ille animarum medicus deus, cum diversis languoribus vitiorum aegrotare nostram viderit mentem, hoc est, cum nos superbiae tumor inflaverit; vel ad diripiendum aliena, avaritiae morbus pulsaverit; vel ad coinquinandas insidias fratribus invidia⁴⁸ persuaserit; vel cum desidia⁴⁹ animus noster oppraessus,
 275 erga religionem dei neclexerit, corporalis castigationis veluti per quaedam medicamina animum nostrum curare festinat. Cum enim permittit nos aut captivitate vastari, aut rerum nostrarum sustinere iacturam, aut ingentium valitudinum⁵⁰ membra nostra pulsare, vel cuiuslibet in nos temptamenta generis inrogari, sanitatem nobis animae per haec cupit inferre, non damna.
 280 Ita enim per Isaiam prophetam ipse testatur: *Et propter peccatum, inquit, modice contristavi eum, et percussi eum, et averti faciem meam ab eo: et contristatus est et ambulavit tristis, et consolatus sum eum, et sanavi eum*.⁵¹ Denique Manasses ille rex cum abundantia ac diliciis ferueretur,⁵² et super

⁴⁵ Ezek. 18:23, 33:11.

⁴⁶ Inserted superscript in Tours, BM, MS 281.

⁴⁷ Ps. 88:31–34.

⁴⁸ Corrected in Caen, BM, MS 34 (373) from Tours, BM, MS 281's *invidiam*. *invidiam* is highly likely a blunder prompted by the length of the sentence in which this acc. occurs (*Cons.* 6.199–204). Cf. Bonnet, *Le latin de Grégoire de Tours*, 522n1.

⁴⁹ Caen, BM, MS 34 (373)'s emendation; Tours, BM, MS 281 has *desideria*.

⁵⁰ *Genitivus contra rationem* (counterintuitive genitive): a seemingly attributive genitive—a genitive of possession or of quality for the most part—which is essentially predicative; i.e., it functions as an extension to the predicate and is syntactically equivalent to an adverb or an adverbial phrase. It assumes causal, instrumental, locative, and other such functions and has been fully documented for Merovingian authors, including Gregory of Tours, as well as for Iordanes, by scholars such as Maximilien Bonnet, Frederik Horn, Erik Wistrand, Bruno Krusch, Helge Kalén, Sven Blomgren, etc. Cf. *Cons.* 5.227 *terrae...sepulturam* (= *sepulturam in terra*), *Cons.* 9.371 *murorum habitus* (= [*h*] *abitus ab* or *de muris*).

⁵¹ Isa. 57:17–18.

⁵² Svarabhakti (epenthesis).

Iudaeicum populum principem se cerneret, insuper elatus recessit a domino; templum quoque dei replevit idolis, ac plurimorum sanctorum sanguinem fudit. Sed et Isaïam prophetam sera linea secavit, et multa execranda opera perpetratus est. Cum autem ab Assyriis captus fuisset, et vinctus conpedibus atque onustus ferro, in Babylonia deductus, videns se oppraessum angustis, in amaritudine animae suae conversus clamavit ad dominum, qui salutem animarum, non mortem desiderat; et ereptum eum hostium manus, in pristinum constituit regnum. Vides quomodo eum calamitas ab erroris via correxit? Vides quod ei captivitas velut quoddam medicamentum animae remedium contulit, et salutem suam, quam prius per elationem amiserat miseriis postmodum afflicto invenit? Ecce quantum generi humano pro sunt damna carnalia. Securitas autem rerumque prosperitas saepe, ut diximus, animae generat detrimentum.

7. Et quid dicam de peccatoribus? David ille iustus—qui secundum cor domini fuit electus, de quo ipse dominus dixit, *Inveni David filium Iesse, virum secundum cor meum, qui facit omnes voluntates meas*,⁵³ cui regni potestatem ac prophetiae concesserat gratiam—cum esset in maxima abundantia, et in securitate ac divitiis floruisset, multasque nationes auxiliante se⁵⁴ domino⁵⁵ subdidisset; quia paululum ab eo tribulatio elongaverat, immobilem se esse putabat. Ipse denique ait: *In mea abundantia non movebor in aeternum*.⁵⁶ Tunc iste ab una muliere captus, in uno delicto duo crimina perpetravit. Uriam cetheum virum innocentem occidit, cuius adulteraverat coniugem. Si autem tunc tribulationibus⁵⁷ perpressus fuisset, in

53 Acts 13:22.

54 The ablative absolute seems to be *auxiliante domino*, with *se* referring to David as direct reflexive with *subdidis-set* and direct object of *auxiliante*. But an alternative ablative absolute *subiecto non mutato* (an ablative absolute with unchanged subject) consisting of *auxiliante se* cannot be ruled out. If the latter is true, *auxiliante* would have a reflexive meaning in its capacity as present participle of a deponent verb; cf. Bonnet, *Le latin de Grégoire de Tours*, 631n10. For examples of present participles of deponent verbs taken in a reflexive sense, see Bonnet, *Le latin de Grégoire de Tours*, 632.

55 *domino* would be an instrumental ablative, or an “ablative of the impersonal agent,” as Bernard M. Allen styles it, if the ablative absolute in *Cons.* 7.301–2 is in fact *auxiliante se*. For the use of such ablatives with present participles of deponent verbs with a reflexive meaning, see Bonnet, *Le latin de Grégoire de Tours*, 632.

56 Ps. 29:7.

57 Hopefully this contributes to the precious little and equivocal evidence of *TLL* for this construction. See *TLL* s.v. “perpetior” 10.1:1630.31.

tam grandi peccato minime incidisset, per quod naufragium Spiritus sancti pateretur. Unde postquam delictum suum agnovit, et a sancto Spiritu privatum se esse praesensit,⁵⁸ ad recuperandam pristinam gratiam obsecrans
 310 clamabat ad dominum: *Spiritum rectum innova in visceribus meis, et ne proicias me a facie tua, et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.*⁵⁹ Quando autem tribulationibus maxime esset confectus et congressiones⁶⁰ hostium undique circumdatus, qui cum eos⁶¹ saepissime dimicantes⁶² quiescere non sinebat,⁶³ ex toto corde clamabat ad dominum, a quo protenus inpetrabat
 315 auxilium, sicut ipse ait in psalmo: *Ad dominum cum tribularer, clamavi, et exaudivit me;*⁶⁴ et iterum: *In die tribulationis meae deum exquisivi; manibus meis nocte contra eum, et non sum deceptus.*⁶⁵ Non solum autem in his positus, a delictis se gravibus abstinebat, verum etiam modicam incontinentiam velut crimen maximum arbitrabatur. Denique quodam tempore, cum gens
 320 Philistinorum Bethleem obsideret, et David esset in munitione, *desideravit, et dixit: Quis dabit mihi aquam, ut bibam, de lacu quae est in Bethleem in porta?*⁶⁶ Cumque viri potentes interrupta castra Philistinorum aquam ei de eodem lacu bibere detulissent, repraehendit se, *et noluit bibere, sed libavit eam domino et dixit:*⁶⁷ *Propitius esto mihi, domine, non faciam hoc, ut sanguinem virorum horum qui abierunt in animabus*⁶⁸ *suis, bibam. Et noluit*

58 In Vulgar Latin, *per* is confounded with *prae*, especially in compounds.

59 Ps. 50:12–13.

60 An acc. used as such, not in lieu of an instr. abl. Norberg explains this use as a product of fusion between two constructions: *circumdare aliquem (aliqua re)* and *circumdare (alicui) aliquid*. Most of the examples he cites are derived from Merovingian texts.

61 For many examples of *cum* with the acc. in ecclesiastical literature, including the Scripture, see TLL s.v. “cum,” 4:1343.14–33; see also Bonnet, *Le latin de Grégoire de Tours*, 522, 525n5, 603n2.

62 To wit, he, David, and his foes taken together per synesin.

63 For an active verb being taken in a passive or refl. sense, see Bonnet, *Le latin de Grégoire de Tours*, 628–31; see Cons.7.5. With *sinebat*, *se* may also be supplied; Bonnet, *Le latin de Grégoire de Tours*, 710, states that with Gregory the direct object is frequently omitted, especially when it would be a pronoun that needs to be supplied.

64 Ps. 119:1.

65 Ps. 76:3.

66 2 Sam. 23:15. I italicize *desideravit, et dixit* in accordance with *Epistula consolatoria*, 18.

67 I italicize in accordance with *Epistula consolatoria*, 18.

68 Corrected in Caen, BM, MS 34 (373) from Tours, BM, MS 281’s reading *manibus*.

bibere.⁶⁹ Considera ergo, frater, diligenter, ac perspice quale ille naufragium prius in abundantia contulit, et qualem postmodum humilitas intulit philosophiam. Cum in securitate degerit, occidens virum innoxium, ignorabat esse peccatum. In humilitate vero, adlatam sibi cum periculo aquam crimen arbitratus est bibere. Animadvertens igitur beatus David, quod sibi utilitatem animae conferebat humilitas, dicebat ad dominum: *Cognovi, domine, quia aequitas iudicia tua, et in veritate tua humiliasti me*.⁷⁰ Item in eodem psalmo in humilitate sua gratulanter accedit: *Bonum mihi quia humiliasti me ut discam justificationes tuas*;⁷¹ et iterum: *Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu salvabit*.⁷² Quando enim in tribulationibus positus est homo, saepe memor est deo, et deus erit iuxta eum, immo et requiescit. Sic enim declarat ipse dominus per prophetam: *Super quem, ait, requiescam, nisi super humilem, et mansuetum, et tremmentem verba mea*?⁷³ Difficile autem poterit esse quisquam humilis vel quietus, nisi fuerit prius confectus tribulationibus.

8. Non te ergo, dilectissime, corporis damna contristent, sed quicquid dominus miserit, gratulanter ac viriliter suffer. Si te diversae corporis languores pulsaverint, peto, ne turbetur cor tuum, ne animus tuus frangatur, ne vox tua erumpatur⁷⁴ in verba blasphemiae; sed potius beati Iob—exemplum eius memorato ante oculos tuos pone; dicito quod audisti ipsum dicentem: *sicut domino placuit, ita factum est; sit nomen domini benedictum*.⁷⁵ Novi enim quosdam—maxime eos qui leprae macula asparsi fuerint corde⁷⁶—tantum

⁶⁹ 2 Sam. 23:17.

⁷⁰ Ps. 118:75.

⁷¹ Ps. 118:71.

⁷² Ps. 33:19.

⁷³ Isa. 66:2.

⁷⁴ Cf. the use of the active in *Cons.* 4.134 possibly by analogy to the instances cited in 9n21, “The Latinity of *Cons.*” As far as I could ascertain, no deponent form of this verb is attested in *TLL* s.v. “erumpo,” in Keil’s *Grammatici Latini*, or in Gregory of Tours. The same applies to Fortunatus and Iordanes. The *TLL* gives some evidence for passive forms of the verb used in a mediopassive sense but not in the present tense and almost exclusively for liquids and occasionally for winds, not with *vox*. The present passive with *vox* in a mediopassive sense is attested for ecclesiastical Greek: ῥήγνυται φωνή.

⁷⁵ Job 1:21.

⁷⁶ Word order change from Tours, BM, MS 281’s reading *fuerint corde asparsi*.

in⁷⁷ desperationem pro hac plaga venire, ut putent se omnino destitutos esse a domino. Sed hoc patitur ille qui non est divinis eloquiis eruditus. Si
 350 autem in lege domini die noctuque meditaretur, si sciret *dei esse vera iudicia et iustificata in semetipsa, et desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, et dulciora super mel et favum*,⁷⁸ tamquam vera medicamina ulcera morbi susciperet; diceret quoque et ipse: *Memor fui iudiciorum tuorum domine a saeculo, et consolatus sum*.⁷⁹ Licet enim parvo tempore aspe-
 355 rum et amarum hoc vulnus, grande animae remedium generat in posterum. Crede mihi, frater, numquam sic in balneis corpora abluuntur a sordibus, ut animae sordis per huiuscemodi languoribus emundantur. Nonne et medicus cum vulnus curaverit aegroti, ferri concisione membra dilaniat, aut si necesse fuerit, etiam per ignis ministerium⁸⁰ exurit, et dolorem ideo infert,
 360 ut dolorem per quam habuit mors generare, expellet?⁸¹ Numquid ergo medicum per odium hoc fecisse incusas: cui ut hoc faciat, munera ante et dona largitus es? Multo magis ille caelestis medicus deus paterno affectu cupit curare quos fecit, quos etiam a morte ipse redemit. Et ideo in corpore nostro temporales infert plagas, ut animam nostram a plagis quae mortem generant
 365 aeternam liberet.

9. Noli ergo turbari, frater, sed libenter animo quaecumque dominus intulerit, suscipe. Noli graviter deferre⁸² quod deseruires⁸³ populum civitatis. Quid enim te iuvat habitare cum turbis, aut quid te laedit si a turbis fueris segregatus? In hoc enim omnibus modis laborandum est, ne in futuro
 370 saeculo civitate dei privemur. Nam et hii qui morantur in urbibus, et <qui>⁸⁴

77 Word order change from Tours, BM, MS 281's reading *in tantum*. Cf. *Cons.* 2.25. Letter and syllable reversals, apparently attesting to Adalbaldus mild dyslexia, occur throughout this text; see 66n19, 74n68, 79n105, 81n120, 82n121 in this section; possibly also MS 281's reading *in tantum* discussed here, *Cons.* 8.347–48.

78 Ps. 18:10–11.

79 Ps. 118:52.

80 Corrected in Caen, BM, MS 34 (373) from Tours, BM, MS 281's *mysterium*.

81 *expellet* = *expellat*; a Gallic form.

82 *deferre* = *ferre*. See Mohrmann, *Les origines de la latinité chrétienne*, vol. 3, p. 95.

83 *deseruires* = *deserueris*.

84 Supplied in my text to complete Tours, BM, MS 281's reading, *et murorum habitus apti videntur. qui = hii qui*; the relative can always include the antecedent demonstrative. For the fusion of *hic* and *is*, see Bonnet, *Le latin de Grégoire de Tours*, 382–84.

murorum habitus⁸⁵ pati⁸⁶ videntur, si scelerum morbo correpti suam neclex-
erint vitam, civitatis illius caelestis, quae sanctorum omnium mater est,
privantur consortio. Et tu, cum sis in plagis ac doloribus constitutus, et ab
hac lutea urbe exclusus; si⁸⁷ sapienter haec tolleraveris, et humiliter deo tuo
375 servieris, civitatis ipsius ac paradysi colonus efficeris. Non enim pro exsecra-
tione animae, sed propter qualitatem aegritudinis a populi consortio reces-
sisti; eo quod generis eius morbi, ut quidam adserere volunt, contactu suo
soleat cito polluere. Animam vero non solum etiam non polluet, verumtam-
men si fuerit immunda, purificat. Unde peto non confundaris, carissime, ne
380 turbetur cor tuum, ne te asperitas vulnere ad desperationem vitae futu-
rae adducat. Ne velis stultam illam opinionem cogitare quorundam, qui se
ita in die resurrectionis arbitrantur resurgere. Et haec quam vacua, quam
inanis suspitio! Dic mihi, quisquis ille es qui ista adfirmas, ex mentis arbitrio
loqueris, an alicubi in divinis paginis scriptum esse legisti? Sed apparet mihi
385 numquam te divinarum Scripturarum verba legisse; nam si huiusmodi rebus
studium habuisses, numquam te morbus perfidiae invasisset. O quantam
perniciem animae inperitia generat! O quam saevissimum vulnus mens iner-
udita acquirit! Sed iam ab his perfidiae cogitationes, peto, frater, ut fugias,
et quia multum erras, dum Scripturas ignoras, pete a domino ut tibi tribuat
390 intellectum. Clama ad dominum et dicito: *da mihi intellectum, et discam man-
data tua*;⁸⁸ et: *Doce me justificationes*⁸⁹ quia *beatus homo quem tu erudieris,
domine, et de lege tua docueris eum, ut mitiges ei a diebus malis*.⁹⁰ Si autem de
lege sua te docuerit dominus, nullo modo te perfidiae procella perturbant.

10. Si ergo cupis ut te instruat dominus, Scripturas inspiratas a domino assi-
395 due lege, vel certe legenti libenter aurem adcomoda, et magnam ex his con-
solationem invenes, quae te a doloribus mitiget. Non parva medicamina

85 For *habitus* = *abitus* (departure, removal), see Keil, *Grammatici latini*, vol. 7, p. 114. For *habeo* = *abeo* in MSS readings, see *TLL* s.v. “abeo,” 1:66.14–15. For *habeo* = *abeo* in Christian inscriptions of Gaul, see *TLL* s.v. “abeo,” 1:66.13–14.

86 My emendation; Tours, BM, MS 281 reads *apti*. [*h*] *abitus pati* can be defended by analogy to Virgil, *Aeneid* 2.638 *exsilium pati* (to sustain exile). [*h*] *abitus* (departure, removal) in this context is clearly tantamount to *exilium* (exile), a harsh term, whose use here would be unfair and inconsistent with Radegunde’s gentle and compassionate tone in addressing her suffering audience.

87 Supplied in Caen, BM, MS 34 (373).

88 Ps. 118:73.

89 Ps. 118:12, 26, 68, 135.

90 Ps. 93:12–13.

sunt, frater carissime, libris inserta divinis; verbi gratia, si in multis peccatis oppressus animus tuus aegrotat, lege librum Psalmorum, et ibi invenes medicamentum vulnerum tuorum. Dicito ad dominum: *Ego dixi, domine, et miserere mei; sana animam meam quoniam peccavi tibi.*⁹¹ Si autem ob desperationis morbo animus dubitat paenitere, ipse te dominus per prophetam ad se invitat dicens: *Convertimini ad me, et ego revertar ad vos;*⁹² et iterum: *Numquid non est resina, aut medicus in Galaad? Quare non ascendit sanitas filiae populi mei?*⁹³ Iterum in Evangelio ipse dominus dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis et oneratis estis, et ego requiescere faciam vos.*⁹⁴ Si vero mens tua⁹⁵ per superbiae vitium intumescit, invenes in Proverbiis scriptum: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam,*⁹⁶ ut per hoc quoque medicamine possimus malum evitare superbiae et humilitatem assumere. Iterum si te avaritiae ardor inflamat, audi Apostolum, qualiter huius morbi
 410 qualitatem exponit dicens: *Radix omnium malorum est pecuniarum cupiditas, quam quidam appetentes, naufragaverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis.*⁹⁷ Tunc tu huius pessimi vulneris agnoscens malitiam clama ad dominum: *Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam.*⁹⁸ Nec enim est ulla passio animae cuius non in libris divinis medicamenta invenes; quorum
 415 nunc facere mentionem, tempus non patitur. Nam et ipse si adquirendum adhibueris studium, sine dubitatione ulla, deo donante, repperies.

11. Sed quoniam nunc in hac parte animum tuum aegrotare intellego, cum dicas quod homo qui cum plaga leprae de mundo excesserit, ita eum denuo post mortem resurgere, ausculta igitur diligenter ut hanc mortiferam suspicionem a te possis avertere. Ergo si ita est ut dicis, ut quicumque in quo
 420 statu defunctus fuerit, in eo iterum⁹⁹ esset necesse resurgere; verbi gratia qui cum uno oculo aut pede vel manu, vel aliquo debilitato membro ex hac

91 Ps. 40:5.

92 Zech. 1:3.

93 Jer. 8:22.

94 Matt. 11:28.

95 Corrected in Caen, BM, MS 34 (373); Tours, BM, MS 281 has *rua*.

96 Prov. 3:34.

97 1 Tim. 6:10.

98 Ps. 118:36.

99 *eum*, the object of the impersonal—or subject of the infinitive—need not be expressed here; see 74n63.

vita decesserit, ita eum resurgere. Noli, frater, noli sic impie credere, sed audi in quo statu nos post resurrectionem dominus esse praedixerit. Qui autem
 425 meruerit resurrectionem, non *nubunt neque nubentur, sed erunt sicut angeli in caelis*.¹⁰⁰ Si non nubunt, sed sunt sicut angeli, utique nec infirmitate aliqua¹⁰¹ ultra subiaceret caro, qui¹⁰² a fuit mortale,¹⁰³ induit immortalitatem. Item de hoc dominus audi quid dicat: *Tunc*, inquit, *iusti fulgebunt in regno patris sui, sicut sol*.¹⁰⁴ Manifestum autem nobis est quod iustorum plurimi innumerabilibus¹⁰⁵
 430 confecti vulneribus, ex hac luce privati sunt, maxime cum beati martyres manibus ac pedibus amputatis, ac toto corpore laniati alii truncati auribus naribusque, alii effossis oculis, coronam in caelis adepti sunt. Quis igitur sit tam impius, tam sacrilegus, ut eos in eo statu in quo defuncti sunt, adfirmet resurgere? Ecce et Lazarus ille mendicus, qui toto corpore repletus erat ulceri-
 435 bus, et ante fores divitis iacebat, de cuius mensa micas cupiebat suam esuriem satiare; et ille dives bysso utebatur et purpura, et corpore robustus ac pinguis iocundabatur in epulis; et hic quidem ita. Sed vide post paululum qualis repentina in eis inmutatio facta est. Iste qui splendide delectabatur in epulis, post excessum vitae cruciebatur in flammis; et ille qui fuerat ulceribus repletus ac
 440 fame consumptus, in Abrahae sinibus consolabatur. Vide quantam requiem Lazarus meruit pro corporis cruciamenta, et in quibus ardoribus dives deputatus est propter parvi temporis laetitiam. Quid ei profuerunt illae saginatae carnes? Quid illi contulerunt divitiae? Ecce in tantis ardoribus positus est; guttam aquae inpetrare non valuit. Viderat namque Lazarum in Abrahae sini-
 445 bus¹⁰⁶ iocundari, et elevavit vocem suam, dicens: *Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut intinguens extremum digitum suum in aquam, refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma*.¹⁰⁷ Ecce quem paulo ante superelatus dispiciebat, cuius vulneribus et carnes tabefactas horrebat, nunc ab eo solatii patrocini-um, oppraessus cruciatibus postolat. Sed quid ad eum respon-
 450 dit Abraham? *Fili, inquit, recepisti bona in vita tua, similiter et Lazarus mala;*

100 Matt. 22:30.

101 For the use of the abl. instead of the dat. with *subiaceo*, see Norberg, *Syntaktische Forschungen*, 145.

102 *qui* = *quae*.

103 *mortale* = *mortali*, either dat. or abl.

104 Matt. 13:43.

105 Corrected in Caen, BM, MS 34 (373); Tours, BM, MS 281 reads *inmunerabilibus*.

106 My emendation. Tours, BM, MS 281 has *sini* with a “u” written over the ultima in a different hand.

107 Luke 16:24.

*nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.*¹⁰⁸ Hoc solum te carissime debuit suadere,¹⁰⁹ quod ideo ad tempus haec sustineas mala, ut in perpetuum in Abrahae sinibus conlaeteris; et non ita rursum vivere te arbitreris post mortem.

12. Audi autem quid beatus Iob sperabat, cum in tantis vulneribus esset
 455 constitutus; qui magis idcirco tormenta corporis patientissime tolerabat, quia confidebat in id ipsum corpus die resurrectionis in melius conformari. Denique ausculta, quid in ipsis vulneribus dicat. *Scio*, inquit, *quod redemptor meus vivit, et in novissimo resurrecturus sum, et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo dominum, quem visurus sum ego et non alius.*
 460 *Reposita est haec spes in sinu meo.*¹¹⁰ Et tu quoque, frater, habeto talem spem et talem fiduciam, quod possis post mortem immortalis splendorem induere, et omnes corporis cruciatus facile ac leviter sustinebis; et non solum te dolores paenales in nullo contristant, sed insuper animae laetitiam generant. Quod si de corporis inmutatione haec quae diximus pauca sunt, accipe
 465 quid etiam Paulus huiusmodi causa apertissime doceat, quemadmodum dubius et incredulus adsertionem plenissima arguit. Dicebant quidam etiam tunc: *quomodo resurgunt mortui? quo autem corpore veniunt?* quibus ita respondit: *Insipiens*, inquit, *tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminatur, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum*
 470 *granum, utputa tritici aut alicuius alterius. Deus autem dat illi corpus prout voluit.*¹¹¹ Hoc est, quemadmodum tu granum tritici nudum spargis in terra nullam in se viriditatem habentem, nullum amictum; et cum in terra fuerit putrefactum, denuo multiplicatum resurgit in spica, et non nuda grana, sed velud pulchrae cuiusdam corporis follicolorum amictu vestita—hoc est
 475 enim quod ait, *deus enim dat illi corpus prout vult*¹¹²—ita enim corruptibile corpus hoc, cum nunc fuerit in sinibus terrae sepultum, vere non iustificatur; veluti granum tritici seminatur. Quando autem nutu dei tempus resurrectionis advenerit, non corruptibile ut seminatum est, sed incorruptibile et immortale resurgit. Ita namque in posterioribus sequitur: *seminatur*, inquit,
 480 *in corruptione, surget in incorruptionem; seminatur in contumelia, surgit in*

108 Luke 16:25.

109 *suadere* = *persuadere*, another Vulgar Latin case of the simple being used for the compound verb and vice versa; see 76n82. See also Blaise, *Dictionnaire latin-français des Auteurs chrétiens*, s.v. “suadeo.”

110 Job 19:25–27.

111 1 Cor. 15:35–38.

112 1 Cor. 15:35–38.

*gloria; seminatur in infirmitate, surgit in virtute; seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale.*¹¹³ Hoc est, corpus hoc quod nunc gerimus, cito post mortem corrumpitur, et in putridinem vermium vertitur. Aliquoties etiam ante mortem dissolvitur, antequam spiritus exaletur, membrorum compa-
 485 nes languorum putridinem amputantur. Multas contumelias patitur, infirmitates plurimas sustinet, esurit, sitit, lassatur, anxietur, asperitatem frigoris patitur. Sed hoc corpus animale est, hoc est animae per quam in hac vita consistimus; quod autem resurgit, spiritale est, quia sancto Spiritu recreatur. Sic enim in psalmo scriptum est: *Emittes Spiritum tuum, et creabuntur,*
 490 *et renovabis faciem terrae.*¹¹⁴ Modo terrenum circumferimus corpus, tunc caeleste induimur; quia sunt *corpora caelestia et corpora terrestria, sed alia caelestium claritas, et alia terrestrium.*¹¹⁵ Terrestrium quidem claritas temporalis est et caduca. Caelestium autem claritas sempiterna est, quia tunc manifestabitur, quando *corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit*¹¹⁶ *inmortalitatem.*¹¹⁷ Noli ergo dubitare, carissime, quod possis caeleste corpus induere. Ne vellis arbitrare quod leprae macula aut quaecumque corporis vulnus a claritate nos caelestium separet. Immo per haec magis regnum caeleste acquiritur, ut memorati Lazari ac beati Iob doceamur exemplo. Excludimur vero a regno si vitia in nos et peccata
 500 permanserint; excluditur a regno, si omnipotentem deum credimus inpotentem. Inpotentem autem ille adserit deum, qui se exestimat non posse ab eo transformari in melius. Numquid dominus, qui potest, arefactas et in nihilum redactas carnes atque ossa arentia vivificare et resuscitare potest, convertere¹¹⁸ in claritate¹¹⁹ caelestium non potest? Noli, frater, rogo, noli sic
 505 credere, ut deum omnipotentem esse non deneges; in hac parte¹²⁰ adseras inpotentem.

113 1 Cor. 15:42–44.

114 Ps. 103:30.

115 1 Cor. 15:40.

116 Corrected in Caen, BM, MS 34 (373); Tours, BM, MS 281 reads *indueri*.

117 1 Cor. 15:53.

118 Corrected in Caen, BM, MS 34 (373) from Tours, BM, MS 281's reading *converte*.

119 Tours, BM, MS 281 reads *caritate*, corrected to *claritatem* in Caen, BM, MS 34 (373).

120 Corrected in Caen, BM, MS 34 (373); Tours, BM, MS 281 has *patre*.

13. Sed forte inde animus¹²¹ tuus ad disperationem adducitur vitae, eo quod te dicas deliquisse in multis, et peccatorum causa his te vulneribus esse conspersum. Atque in hoc magis Dei in te amorem debes arbitrare, non odium; 510 quia in hoc te saeculo tamquam filium voluit emendare, ut purum te animo atque immaculatum in futuro recipiat. Sic enim scriptum est: *Quem diligit dominus corripit; flagellat autem omnem filium quem recipit.*¹²² Si ergo videris peccatorem nullis dispendiis pati, nulla aegritudine corporis laborare, nullis opprimi angustiis, agnosce quod hunc dominus, eo quod multum 515 deliquerit, recipere non vult; et propterea non flagellatur, quia suscipi non meretur. Te autem ideo castigat, ut aeternae morti non tradat. Sic enim ait beatus David: *Castigans castigavit me dominus, et morti non tradidit me.*¹²³ Nam et Hierusalem, cum peccaret in domino, et prophetas qui ad corrigendum eam missi fuerant, occidisset, ideo eam in direptione et captivitate 520 in Babyloniam tradidit, ut per captivitatis iugum ad se filios eius converteret; non ut puniret, sed ad meliora corrigeret. Denique post septuaginta annos, ad pristinam eos patriam revocavit. Ita enim eam per sacerdotes in Hieremiam misericors dominus consolatur: *Loquimini, sacerdotes, ad cor Hierusalem, et consolamini eam; quia bibit de calice furoris domini, et recepit 525 a domino duplicia peccata sua.*¹²⁴ Igitur si iustus es gaudere te convenit in adversis, ut probabilior fias; quod si peccator es, similiter quia afflictus es gratulare. Propterea enim hic affligeris, ut a sordibus te diluas peccatorum, et in saeculo futuro consolationem invenias. Utrisque proderit cordis afflictio; quia *sacrificium deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum deus non dispicit.*¹²⁵ Nam peccator cum castigatur a domino, si priores 530 actus suos emendare noluerit, et in disperationem vitam suam adduxerit, si dixerit, iam mihi nulla est venia, iam me oblitus est dominus, iam omnis vita mea in perditione est posita; nullam requiem spero post mortem; si me meus factor non causa hominis dispexisset, non me talibus poenis conficeret, iste talis ipse sibi causa mortis efficitur. Ultro se disperationis gladio perimit; de eorum se numero esse consignat, quos propheta denuntiat, cum dicit: *Flagellasti eos, et non doluerunt; verberasti eos, et noluerunt percipere disciplinam.*¹²⁶ Sed tu, frater, tali consortio, omnibus modis rogo, declina, et

121 Emended in Caen, BM, MS 34 (373); Tours, BM, MS 281 reads *amicus*.

122 Prov. 3:12.

123 Ps. 117:18.

124 Isa. 40:2, 51:17.

125 Ps. 50:19.

126 Jer. 5:3.

divinum iudicium gratanter et dulciter suscipe; dicito et ipse *iudicia domini*
 540 *dulciora super mel et favum*.¹²⁷ Nam et si amara castigatio videatur ad tem-
 pus, dulces fructus in posterum generat. Ista te castigatio a vitiis revocat, et
 ad virtutes instigat. Per hanc castigationem mors expellitur, et vita adquiri-
 tur. Castigatio ista caret poene futurae tristitia, et iocunditatem adquiret
 aeternam. Castigatio ista superbiam repremit, et humilitatem in qua requi-
 545 escat dominus generat. Dicito et tu: *Bonum mihi quia humiliasti me, et discam*
justificationes tuas.¹²⁸ Quod si libenter animo haec a me dicta perceperis,
 et in Dei laudibus atque in gratiarum actione permanseris, et per singulas
 horas dominum benedixeris, senties te in spiritu cum domino. Qui enim
 semper memor est deo, semper erit cum eo. Ipse quoque dolores tui corpo-
 550 ris mitigat; ipse ad tolerantiam animum tuum corroborat. Et licet corpore
 repletus videaris ulceribus, mentem intrinsecus sanam et incolomem pos-
 sidebis; adiuvante domino nostro Ihesu Christo, qui vivit et regnat in saecula
 saeculorum. AMEN.

127 Ps. 18:10–11.

128 Ps. 118:71.

